

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Coniugium e
cum fontibus primis

Sicut boni filii adulterorum
nulla est defensio adulterii,
sic mali filii coniugatorum nullum
crimen est matrimonii,

sicut autem filii boni adulterorum
nulla defensio est adulteriorum,
sic mali filii coniugatorum nullum
crimen est nuptiarum.

Augustinus Hipponensis, *De bono coniugali*, 16.18 (CSEL 41, J. Zycha ed., p.211, ll.12-13).

quia non in seminibus
sed in uoluntate nascentis
causa uiciorum est atque uirtutum.

Et audi:
Ex Rebecca et Isaac Esau genitus,
hispidus tam mente quam corpore,
quasi bonum triticum in lolium
aenasque degenerat,
quia non in seminibus,
sed in uoluntate nascentis
causa uitiorum est atque uirtutum.

Ieronymus in epistola ad Rufinum.

Hieronymus Stridonensis, *Contra Iohannem*, 22 (CCSL 79a, J.-L. Feiertag, p.36, ll.42-45).